

quenti, & inter cetera in Officio sancti Eliae dicitur:

Hic sacri est ductor columen decusque
Ordinis nostri, superisque gratus,
O Pater salve, placidusque tuos
Excipe alumnos.

Innoc. X.
Alex. VII.
Clem. X.

Et Summi Pontifices Innocentius X. Alexander VII. Clemens X. approbaverunt nostra Officia, ut sunt in Breviario, & apposuerunt in Collecta S. Eliae Patrem nostrum, & dicimus: Prostra quasumus Omnipotens Deus, ut sicut Beatum Eliam Prophetam tuum, & Patrem nostrum, &c.

4.
S. Gregor.

Probatur tertio, & maxime corroboratur superius fundamentum ex auctoritate sacrae Congregationis Illustrissimorum Cardinalium, qui sunt deputati a Sanctissimo Domino Papa, pro examinandis, ac approbandis historiis, ac actibus Sanctorum, quae ut approbat, & examinatae sunt apponenda in Breviario: Et cum Officia Sanctorum nostri Ordinis recitanda in Breviario proponerentur, tribus vicibus fuerunt examinata, & approbata a Sacra Congregatione sub Sixto V. ut iam dixi; iterum sub Paulo V. anno 1609. assistente, & subscribente Eminentissimo Cardinali Bellarmino. Et iterum sub Urbano VIII. assistente, & subscribente Eminentissimo Cardinali Torres, inter quae continetur Officium S. Eliae, ut Patris, & Fundatoris nostri. Et in festo Sancti Angeli die 5. Maii, in quinta lectione habetur: Insignem sanctitatis Virum parentibus suis Eliae, ac Eliseo per similem miraculis Deus similibus illustravit. Et in officio, ac Missa S. Spiridionis die 14. Decembris, in oratione decantatur: Sancti Spiridionis Confessoris tui, atque Pontificis, nos Domine festa tuantur, & sicut ille Religionis a Propheta Elia instituta orationibus, & operibus suis fidelis imitator. Et in solemnitate Sancti Petri Thomae die 29. Januarii. In quinta lectione refertur, quod cum ille rogaret pro conservatione suae Religionis Sacratissima Virgo apparens, ait ei: Confidite Petro, Religio enim Carmelitarum in finem usque saeculi est perseveratura sic Eliae ejus ramque instituit, jam olim etiam a filio meo id imperavit. Et in festo sancti Avertani die 25. Februarii in 5. lectione dicitur: Sibi Christum, & magnum Eliam Prophetam sui Ordinis fundatorem, in exemplum paupertatis proposuerat. Et Historiae, quae habentur in Breviario approbata a Sancta Sede Apostolica sunt magnae ponderis, & auctoritatis: Veluti historia ab Ecclesia canonizata censetur. Ut habet Rota Romana in una decisione Caesar. Augusti Cathedralis coram Domino Cocchino anno 1630. Et Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium anno 1618. die 14. Junii Historiae, quae in Breviario per Sanctam Sedem Apostolicam approbata recitantur, ut maxime vera ab Ecclesia venerantur.

Bellarmin.

Card. Torr.

Festum S. Angeli.

Festum Spiridion.

Rota Rom.

S. Cong.

5.

Tota haec doctrina confirmatur, quia Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium auctoritate Sedis Apostolicae nihil approbat, nisi praemisso alto examine, profunda consideratione, magna diligentia adhibita, ac maturo consilio, & appositis certis, & authenticis monumentis, & inde, quae

sunt approbata a Sacra Congregatione, & in Breviario appositae sunt magna, ac supremae auctoritatis. Et inde universa tota Hispania, non alio graviore innixa fundamento proficitur Apostolum Sanctum Jacobum, terram ejus calcasse, in Hispaniaque praedicasse, quam quod Ecclesia in proprio ejus Officio ita affirmat, & dicit, ut recte contra Baronium Mariana. probant, & dicunt Mariana tract. de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam Morales in Chronico lib. 9. cap. 14. & lib. 8. folio 213; Joannes Carthagensis tom. 3. lib. 17. homil. 2. ad objecta Carthag. Irenaeus a Sancto Jacobo tractatu de immaculata Virginis protectione, sect. 1. cap. 1. §. 2. Thomas Aquinas a Sancto Josepho in Th. Aquin. dissertatione de Patriarchatu Eliae part. 1. sectione 6. Ex quibus multi norant, quae inde peculiare revelationes multis Sanctis factae, ut Divo Francisco: Crucifixus apparet inter alas effigiat. D. Thomae, Bene scripsisti de me Thomae, D. Ignatio: Ego Roma vobis propitius ero; & aliae multae revelationes factae nostris Sanctis Alberto, Andreae Corsino, Theresiae, Magdalene de Pazzi, ut certissimae & infallibiles habentur, quae constant ex eorum testimonio, & habentur in Breviario, ac Officio Ecclesiastico approbato a Sede Apostolica. Atque revelatio facta Sancto Petro Thomae, ut constat ex ejus testimonio, & sit approbata ab Ecclesia, & posita in Breviario ut certa habenda est.

Validè corroboratur haec veritas ex officio relato, & approbat. S. Petri Thomae circa visionem ei factam a B. Virgine de perpetuitate Religionis jam olim impetrata ab Elia ejus institutore. Cum haec tamen revelatio haberetur tantum scripta per Philippum Mazericum Phil. Mazer. in ejus vita, ac simul aliquorum scriptorem traditiones; & aliunde P. Lucas Vvadingus, praerexcellens Chronographus Ordinis Minorum S. Francisci, haec suo Petro Thuronico tribueret pro stabilitate sui Ordinis, S. Congregatio sub Urbano VIII. approbans Officia Sanctorum nostri Ordinis dubitans repuebat Officium S. Petri approbare, sed praedictam revelationem volebat expungere, ac delere, quod maxime nostros Religiosos in Transpontina molestavit. Inde Reverend. M. Fr. Theodorus Stratus dignissimus Generalis indicis multis diebus jejunii, multis orationibus, ac precibus Deo fuis, ac decantata solemniter Missa D. Petro Thomae, atque impetrata licentia lustrandi Archivum Vaticanum, post longam, ac largam disputationem, Deo afflante, & S. Petro intercedente, reperta fuit Bulla perantiqua Innocentii V. I. in qua inscripta erant verba, Petri Thomae Ordinis Fratrum B. Mariae de Monte Carmelo; ex qua constabat tota veritas rei, & quo modo post obitum Petri Thuronici ad illam dignitatem, ac Episcopatum Pectenium assumptus fuit noster D. Petrus Thomas, quo viso, & considerato Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium statim Officium S. Petri cum praedicta revelatione approbavit, ut est modo in Breviario, & M. Fr. Lucas Vvadingus; de quo dicam illud, quod ait Joannes Lipsius de Avicenna more Magnorum Virorum (suam sententiam retractavit asserens talem revelationem

Vvadin.
Justus Lypf.

nam factam fuisse D. Petro Thomae Ordinis Carmelitarum, ita habet in vita ejusdem D. Petri Thomae in Appendice Bullarum. Bulla 3. & 4. M. Ferdinandus Vghellus Monachus Cisterciensis in sua Italia sacra, tom. 2. in Appendice, M. Lezana tom. 4. Annal. ad annum Christi 1354. n. 5. & 6. & M. Daniel. a Virg. Maria. Vinca Carmeli in Appendice, fol. 754.

7.
Joan. 22.

Demonstratur quarto, haec veritas ex Bulla Joan. 22. Sacratissimo uti culmine ex quadam apparitione Sanctissimae Virginis mariae ei facta. Ait Pontifex, Mibi flexis genibus Virgo visa fuit Carmelita, id est, Carmelitano habitu induta; sequentem affata sermonem: O Joannes, o Joannes Vicarie dilecti filii mei. veluti a tuo eripiam adversario, &c. Iam gratiam, & amplam meo Sancto, & devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes concedere per Eliam, & Eliseum in monte Carmeli inchoato. Nota verba, per Eliam, & Eliseum in monte Carmeli inchoato. Hanc Joannis Bullam integram Alexander V. suo diplomati, cuius initium est Tenere tujsdam, inserit; & haec bulla authentica per publicum Notarium, coram iudicibus, ac aliis debitis solemnitatibus, vetusto caractere servatur in Conventu Mechliensi, ut testatur Irenaeus a Sancto Iacobo in tract. Theologico de singulari protectione Sanctissimae Virginis Mariae ad finem Gregor. a D. Basilio lib. Parthenicae adoptionis, part. 2. c. 17. Botius in speculo historiali, lib. 7. c. 36. Balduinus Lecenius in Collectanea exemplorum, cap. 6. Palinidorus, & alii, quos citat, ac sequitur M. Lezana Maria Patrona, c. 5. n. 24. & quod magis est de hac bulla citata Joan. 22. faciunt mentionem Romani, Pontifices in suis diplomatibus, Sixtus IV. Clemens VIII. Pius V. Gregorius XIII. Paulus V. Praedictaque Bullam se vidisse, ac legisse Joannes Balanus Anglus Hereticus in Catalogo Scriptorum Britanicae saeculae 5. in Appendice ad Nicolaum Trimet. 3. & ait D. Chryf. homil. 42. in Joan. Veritatis maximum argumentum est, cum quis inimicos ad testimonium vocat.

Alexand. V.

Frenzus.

Gregor. a D. Basil.
Botius.
Balduin.
Palinidor.
Lezana.

Pontific.

Balanus.

D. Chryf.

De monstratur quinto Haec veritas ex antiqua, perpetua, constantique traditione absque aliqua veritate, dubitatione, ac controversia, deveniens per manus innumerabilium Sanctorum, quibus Religio Carmelitana fecundata est, quae semper, ac perenniter venerata est Magnum Eliam; ut suum Parentem Fundatorem, ac Institutorem. De traditione ait Divus Chrysostomus 2. ad Thesalon. c. 2. homil. 4. Itaque traditionem Ecclesiae fide dignam putamus. Traditio est, nil quaras amplius: non intendimus comparare hanc nostram traditionem, cum traditionibus Ecclesiae, quae faciunt rem certam fide divina; sed inde sumimus ansam ad ostendendam auctoritatem nostrae traditionis inter limites fidei humanae.

D. Chryf.

9.

Ad intentum. Quomodo credibile est, quod una familia tam ampla, ac maxime dilatata per totum orbem per tota saecula, in qua multi Viri illustrissimi virtute, sanctitate, ac literis floruerunt, sustinerent, ac comprobarent errorem, falsitatem, ac rem alienam a Sylveira Opuscula.

veritate fallentes populos, ac mentientes fidelibus. Quomodo est possibile, quod tot Viri sancti, ac puri doctrina, & vita agnoscences aliquem errorem, ac pravitatem, ipsam non corrigerent, ac emendarent, quod ipsi non fecerunt, sed semper verbo, ac scriptis docuerunt, ac comprobarent. Et ideo post raptum Eliam in monte Carmeli filii Prophetarum ei crexerunt, & consecraverunt Oratorium, tanquam Religionis Parenti, ut testatur Genebrardus ad annum 3284. de quo facit mentionem Sueton. in Vespasiano, cap. 5. & alii multi Auctores, quos lae citant nostri Historiographi. Tempore autem Apostolorum haec traditio perseverabat: nam ut bis ait Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium sub Paulo V. & Urbano VIII. Summis Pontificibus. Viri plurimi, qui vestigiis Sanctorum Prophetarum Eliae, ac Elisei insisterant, & Joannis Baptista praenatio ad Christi adventum comparati fuerant, &c. ut habetur lectione 4. in festo Commemorationis solemniter. Idemque testatur Iosephus Antiochenus anno Christi 230. in speculo praefate militiae Christianae, cap. 12. Joannes Jerol. solymit. 4. qui floruit anno 400. lib. de Institut. Monach. per totum, comprobatur Eliam esse Patrem, & Fundatorem Religionis Carmelitanae cap. 2. 3. 4. & 10. Sanct. Bertoldus primus Generalis ex Latinis anno 1141. Qui Beatam Virginem venerabat ut Matrem, & Sanctum Eliam ut Patrem. S. Bo. S. Bocard. cardus secundus Ordinis Generalis ad annum Christi 1191. in exordio Constitutionis, quas complacuit, probat Eliam esse patrem, ac Fundatorem Religionis Carmelitanae. Idem probat S. Cyrillus Constantinopol. lib. de D. Cyrill. processu Ordinis, cap. 4. sanctus Petrus Thomas lib. de peccato Originali, cap. 5. Venerabilis, ac insignis Doctor Thom. Vvaldens. Vvaldens. tom. 3. de Sacramentalibus, tit. 9. cap. 89. Joannes Bactonus in exemptione Regulae Carmelit. & in peculiari tractatu Institutionis Ordinis Carmeli, & alii multi Sancti, ac Doctores, qui manifestè inter terminos humanae fidei faciunt quandam traditionem magnae auctoritatis, ac praerminentiae, & ideo ad comprobandam hanc veritatem, tanquam primum fundamentum, ac basim hanc traditionem proponit insignis Doctor, ac semper venerandus Magister meus, Magnus. suar. 10. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 10. dicens: Est valde recepta, & antiqua traditio hanc Religionem a temporibus Prophetarum, & signatim ab Eliae institutione suam ducere originem. De quo iterum dicam q. 3. n. 29.

Genebrard.
Sueton.

S. Congr.

Iosephus.
Joan. Jerol.

S. Bertold.

S. Bo. S. Bocard.

D. Cyrill.

Vvaldens.

Bactonus.

Suarez.

10.

Sextò, demonstratur haec veritas ex multis apparitionibus, quibus Sanctus Elias seipsum habitu Carmelitano manifestavit, quia tali indumento ejusdem nempe coloris utebatur ille dum viveret. Cum ad petitionem Saulis Pythoussa suscitaret Samuelem, ait mulier: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio, & intellexit Saul, quod Samuel esset. 1. Reg. 13. n. 14. c. Reg. 16. Saul intellexit ex habitu, quod esset Samuel, quia tali habitu utebatur, dum viveret. Ait Rabbi Salomon apud Abulen. q. 32. ad finem, & sequenti, q. 33. ait ipse Abulen. Finis Samuel habitus de aere, quod esset ejusdem figura.

Rabbi Salom.
Abulen.

coloris, cujus erat pallium suum, quo utebatur dum viveret. Idem habent Lyranus, Gaspar Sanchez: ergo cum Sanctus Elias apparet habitu Carmelitano indutus, signum evidens est, quod in vita tali indumento utebatur.

11. Beatrix à Matre Dei

Venerabili Beatrici à Matre Dei fundatrici Conventus Hispalensis, de cujus admirabili vocatione scribit Sancta Theresia cap. 25. lib. suarum fundationum; Apparuit Venerandus senex, & vividus habitu Carmelitano indutus, barba oblonga, capillis veluti argenteis, & interrogata ipsa Venerabilis Beatrix, quem existimabat esse illum venerandum senem qui ei apparuit, Respondit fuisse nostrum Patrem Eliam. Ita testificati sunt gravissimi Patres, quibus illa hanc visionem manifestavit; ut refert M. Fr. Franciscus à Sancta Maria tom. 1. de Reformatione Discalceatorum, lib. 3. cap. 48. num. 8. & etiam Venerabili Catharina de Cordona, de cujus admirabili vita, & incredibili austeritate, ac poenitentia magnum testimonium præbet Sancta Theresia, eodem lib. fundationum, cap. 27. Illi apparuit Christus Dominus habitum Carmelitano ostendens, monensque ut illum assumeret, simulque vidit Patrem nostrum Eliam indutum habitu Carmelitano ostenso à Christo, & zona pellicea succinctum. Vnde ipsa Venerabilis Catharina dicebat: Vidi in carne, & ossibus nostrum Patrem Eliam. Hoc ipsa dixit gravissimis Patribus Fr. Angelo ab Præsentatione, & Fr. Basilio de S. Alberto, ut ipsi sub juramento juridicè deposuerunt, & refert citatus M. Fr. Franciscus à S. Maria, allegato 1. tom. lib. 4. cap. 15. num. 4. Huc etiam veniat alia visio facta Venerabili Annæ à S. Bartholomæo Sociæ Sanctæ Theresiæ in vita ipsius ab ea suorum Superiorum mandato conscripta c. 24. restatur, quod tempore cujusdam Capituli nostri Ordinis, viderit Patrem nostrum Eliam extendentem pallium suum album super Conventum suorum filiorum Vallisoleri, in quo celebrabatur Capitulum, & ejus admirabilis successus ostendit protectionem tanti Parentis.

Francisc. à S. Maria. Catharina de Cordona.

Confirmatur: quia Dorotheus à Sancto Renato Commentator in Apocal. lib. 2. q. 10. sect. 3. Inter varias visiones, quas refert, de S. Elia scribit, quod in Civitate Mechlinsenfi anno 1580, cum Hæretici Angli intenterent destruere Conventum Carmelitano, qui peculiariter erat consecratus Sancto Elia; apparuit super Conventum senex quidam venerandus, habitu Carmelitano indutus, & extensa manu cum gladio. Unde Hæretici magno metu agitati fugientes recesserunt à Conventu, & inde communi opinione retentum, ac divulgatum est, senem illum venerandum fuisse Sanctum Eliam, & absque dubio ex habitu apparebat, quo in vita utebatur, ut de Samuele est dictum.

12. Dorotheus à S. Renato.

Septimò, Probatur hæc veritas, magno gravissimorum Auctorum pondere; & primum sic Josephus Antiochenus, qui ut jam dictum est, floruit circa annum Christi 130. in speculo perfectæ militiæ Christianæ, cap. 12. Cujus verba referam questione. 3. Pro nostra

13. Josephus Antioch.

sententia stat Eusebius Cæsariensis, lib. 2. Historiæ, cap. 3. ex nostris antiquissimis Auctores, & gravissimi Patres Joannes Jerosolym. Sanct. Bertoldus, S. Bocardus, S. Syllius Constantinopolit. S. Petrus Thômas Venerabilis Vvaldenfis, Bachonius, Palynidorus jam citati hoc cap. 9.

Er aliis decisio celeberrima universitatis Cantabrigiæ in Angliâ anno 1574. Richardus Armacanus serm. de concept. Tritemus ex ordine Sancti Benedicti, de laudibus Carmelitar., Genebrardus in sua Chronographia ad ann. 1142. Ex Cisterciensium familia, Chrysothomus Henricus, Ex ordine Præmonstratensium, Dionysius Mudzaert. Ex ordine Prædicatorum, Dominicus Gravina; Petrus Calvus Regius Prædicator Ferdinandus de Castig. Franciscus de Aravio. Et hoc etiam habetur in chronico compendio Prædicatorum. Ex ordine eremitarum S. Augustini, Prosper Stellarius, Petrus Valderrama; Baptista à Glano; Egidius Lusitan. lib. 1. Primus Augustini Fr. Joannes. Nævius lib. 2. de Institutione Ord. D. Augustini cap. 7. ex Seraphico Ordine, Doct. ssumus Joannes Carthagensis, Celestinus à Monte Marsano. Ex Ordine Minorum, Generalis Egidius Camarins. Ex Sacra Societate M. Suar. Gaspar. Sanchez, Salsanus, Petrus Poyrens, & Petrus Ojeda, in informatione pro concept. & alii multi.

Multi alii graves Doctores eandem sententiam firmant, & tenent; Miccus; Gulielmus, Fisingenius, Carolus de Tapia, Laurentius Beyerlinck. Petrus Bertius, & alii plures, quos latè referunt M. Franciscus à S. Maria in Historia Prophe. lib. 1. cap. 10. num. 14. M. Lezana tom. 1. Annalium in apparatu cap. 6. & latius cap. 10. M. Petrus Vvafelius lib. 1. vindictiarum sect. 5. art. 13. & 14. M. Fr. Daniel à Virg. Maria, Vinca Carmel. part. 2. c. 2. & 3. fol. 9; ubi adducunt allegationes, & verba prædictorum Auctorum.

Quibus & addendi sunt gravissimi alii Auctores illustrissimus, ac Reverendissimus Dominus Rodericus à Cunha dignissimus Archiepiscopus Ulyssiponenfis 1. part. Decret. dist. 5. q. 2. illustrissimus, ac vir valdè celeberrimus in Hispania, Dominus Episcopus Joannes Relafox in notis, in monitis S. Theresiæ ad monitum 8. Sapiientissimus Doctor Fr. Leo à D. Thoma Ordinis Sancti Benedicti insignis primarius sacre Theologiæ in Regia Conimbricensi Academia, in sua Benedictina, tom. 1. Prædicator. 1. in ultimis duobus paragraphis, fol. 7. Ex Societate Jesu, Cornelius à Lapide, & Tyrinus ad 3. Regum cap. 17. Ferdinandus Salazar de Concept. Argument. 9. c. 38. num. 11. M. Alphonsus Flores in cap. 24. Ecclesiast. parte tertia, in tractatu Ascetico, sectione 36. Adrianus Lytaus in tractatu Marino, lib. 1. Sono 35. & lib. 2. modo 31. M. Josephus Andræas Decore Carmel. 1. 4. a num. 129. Mag. Emanuel Ortilei Triumpho Carmel. ex eadem Sacra Societate. Joannes Caramuel abbas Cisterciens. tomo primo, Theolog. Moral. disputacione 34. num. 349. folio 149. ubi multos alios citat M. Laurentius Angles primum in Consultis Epistol. Dedicator. n. 14. & citat Antonium Abbatem Vercelesensem Abbatem

Eusebius. Joan. Jerof. S. Bertold. S. Bocard. S. Syrell. S. Petrus. Vvalden. Bachon. Palynidor.

14. Univ. Cant. Armacan. Tritem. Genebrard.

Chryf. Henric. Dion. Mud. Gravina. Per. Calvus. Ferdinand. Aravio. Compend. Præd. Stellarius. Valderran. A Glano.

Carthagensis

15. Miccus. Gulielm. Carolus. Laurent. Bertius. Franc. à S. Maria. Lezana. Vvafelius. Daniel.

16. Cunha.

Palafox. M. Leo.

Cornelius. Tyrinus. Salazar.

Flores.

Adrianus.

Andræas.

Caramuel.

Laurent. Anr. Abb.

Reyner. Argaiz.

Reynerus.

Pitfeus.

Flores.

Bonæ Spei.

D. Midor.

Joseph. And.

17.

Abbatem Manloricum, Leandrum Granaten, Clementem Reynerum, & tandem R. P. Gregorium de Argaiz tom. 1. Publicacion Ecclesiast. de Espana ad finem in uno tractatu: El major credito de los Moros, fol. 21. Clemens Reynerus lib. de Apostolatu Benedictorum Angli, tract. 1. sect. 1. Joannes Pitfeus lib. de Illustribus Britania scriptoribus Etate 5. n. 41. & pro hac sententia præter Auctores citatos plus quam quadraginta referunt Sapientiss. Mag. Ildephonfus de Flores ex sacra Societate Iesu in cap. 24. Ecclesiastici, n. 1680. Insignis Doctor Franciscus Bonæ Spei de immaculata Concept. disp. 3. à n. 3. & à num. 37. Et insignis Doctor Fr. Isidorus à Luce Ordinis sanctissimæ Trinitatis in Regia Conimbricensi Academia controversiarum publicus Professor in suis partitis hanc sententiam sæpè distavit, & idèd pro hac veritate confirmanda plusquam centum quinquaginta Auctores poteram adducere.

Proindeque ad hoc nostrum assertum comprobandum, ac firmandum, ex omnibus ferè sacris Religiosis gravissimi Auctores conspiraverunt, ex antiqua familia D. Benedicti septem, ex Cisterciensium reformatissimam quatuor ex gravi Præmonstratensium tres, ex doctissima Religione D. Dominici novem, ex Seraphico ordine duodecim, ex Illustrissimis Eremitis D. August. quinque, ex Religiosissimis Patribus D. Hieronymi tres; ex gravissima, ac sacra Societate Iesu plusquam viginti duo, ex Religiosissimis Fratibus sanctissimæ Trinitatis duo; ex magna Minimorum familia tres, & sic de omnibus aliis Religiosis. Plures ex unaquaque Religione sapientissimus Magn. Iosephus Andreas ex eadem Societate decore Carmeli à n. 313. & 314. & qui præclare de Rebus Carmelit. agunt.

Quod Auctores cum assenserunt, & approbant rem valdè antiquam, eorum auctoritas est magni ponderis, ac considerationis, quia licet non sint contemporanei cum illa antiquitate, tamen sua probitate, scientia, ac eruditione sunt judices integerrimi; ac magni testes, quod fundamenta, quæ pro illa antiquitate præferuntur, sint optima, & valida, ac efficacia, ut talis sententia sit amplectenda, ac tenenda, nisi enim illi ita judicassent, à tali sententia discederent, & eam rejicerent, & minime approbarent.

QUESTIO II.

Apertè refutantur aliquæ opiniones contra propositam veritatem.

SUMMARIUM.

- 18 Falsitas multiplicem varietatem quarit.
19 Ex regula Carmelitana, refutantur opiniones contraria.
20 Ex Concilio Lugdunensi constat, quod Religio Carmelitana erat ante Concilium Lateranense.
21 Baronius nullum fundamentum, nec Auctorem adducit pro sua opinione.
22 Refutatur ex antiquissimis monumentis. 23. Sylveira Opuscula.

- 24 Tres sententia per Bullas authenticas resutatur, & n. 25.
26 Sententia Hieronymi Romani appellatur à Carthagensis delirium.
27 Joannes 44. ex suo libro constat, quod non fuerit ordinis fundator.

Verunt aliqui Auctores, qui hanc gloriam sacre Religioni Carmelitarum denegare intenterunt, quod scilicet à Magno Patriarcha Elia habeat suam originem, ac institutionem, quorum assertum, nescio an dici possit opinio, quia ex eo habuerunt exordium quia constitutiones Apostolicas, ac antiqua documenta non inspexerunt, ac matura consideratione legerunt; & fortè unus transiens ex alio talem sententiam protulit; & cum isti Auctores à veritate deflecterent, varia placita sibi constituerunt; nam ut doctè ait Joannes Kechius contra Luther. Qui à veritate deflectunt; in varios reflexus, ac ambages abeunt ac tendunt.

Has omnes adversariorum opiniones magno pondere rationum, ac documentorum antiquorum impugnant, & convincunt M. Joannes Carthagensis tom. 4. in Evang. lib. 17. homil. 2. M. Michaël Munoz in propugnaculo Elia lib. 2. cap. 1. art. 3. & 4. Petrus Evestellius lib. 1. vindictiar. sect. 5. art. 1. Franciscus à S. Maria in Historia Prophetica lib. 1. cap. 10. Matthia à S. Joanne in Historia Panegyrica part. 5. cap. 7. M. Lezana tom. 1. in apparatu cap. 10. Daniel à Virg. Maria in vinca Carmeli part. 8. c. 1. & 2. sequentibus Brevis oppositas sententias refero, ut efficaciter refuto.

Primò Raphaël Volaterranus in Tropologia lib. 21. affirmat Religionem Carmelitarum ortum habuisse ab Alberto Patriarcha Jerosolymitano sub Honorio IV. anno 1286. & tamen communiter juxta omnes ferè Auctores Albertus mortuus est anno 1214. & ita habet Tabula scripta in Ecclesia Versalenti, ubi ipse antea fuerat Episcopus, quod tali anno 1214. fuerat mortuus; ac proinde Volaterranus eum constituit resuscitatum ferè septuaginta annos post mortem suam. Deinde Albertus non dedit regulam, sed recopilavit, & in meliorem formam eam redegit, quæ data fuerat à Joanne 44. Jerosolymitano. Deinde quando Albertus dedit regulam, jam in Monte Carmeli erant nostri Monachi, ut apertè supponit Albertus in Prologo Regulæ, dicens: Dilectis in Christo filio Brocardo, & ceteris Eremitis, qui sub ejus obedientia juxta fontem Elia in monte Carmeli morantur: ergo ante Albertum erant Monachi in Monte Carmelo sub obedientia prioris illius.

Secundò D. Antoninus part. 3. tit. 20. cap. 5. & alii assignant principium nostræ Religionis sub Innocentio, qui convocavit Concilium Lateranense anno 1215, per Albertum Patriarcham Jerosolymitanum, qui regulam dedit, sed ut jam dixi, Albertus non dedit Regulam; sed recopilavit, & jam ante ipsam erant Religiosi in Monte Carmeli, ut modo dixi & veniamus ad Concilium Lateranense sub Innocentio III. anno 1215. c. 13. Decevit, quod nulla nova Religio in Ecclesia Dei exurgeret: Ne quis de cætero novam Religionem

18.

Kechius.

19.

Carthagensis. Munoz. Evestellius. Franciscus.

Matthias. Lezana. Daniel.

20. Volaterran.

Albertus.

21. D. Antonin.

Innoc. III.